BREVIARIUM BRIXINENSE (PARS AESTIVALIS)
Brixen, um 1450 Seite 85v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



aut quando recti deleti sunt. Rendens autem iob
dixit. Utinam appenderentur peccata mea quibus
iram merui. et calamitas quam paci
or in statera. Tu Quasi harena maris
hec grauior apparet. unde et uerba mea
dolore sunt plena. quia sagitte domini in me
sunt quarum indignatio ebibit spiritum meum.
et terrores domini militant contra me. Addi
dit quoque iob dicens. Numquid rugiet
onager cum habuerit herbam aut mu
giet bos cum ante presepe plenum steterit. T.
Aut poterit comedi insulsum quod non est
sale conditum. Aut potest aliquis gustare
quod gustatum affert mortem. Anime enim esu
rienti etiam amara dulcia esse videntur.
Que prius tangere nolebat anima mea.
nunc pre angustia tibi mei sunt. Tu
Quis det ut ueniat pe Sabbato.
titio mea. et quod exspecto tribuat
michi deus. et qui cepit ipse me conterat
soluat manum suam et succidat me. et hec